



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima**

**Plautus, Titus Maccius**

**[Deventer], [ca. 1517]**

De Codro Orceo aquo hec perfecta e[st] comedia hoc elegans Vergilij Porti  
Mutinensis epitaphium notatur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

**O** Ulcis quisquis amat Latie commertia lingue  
Argutosq; sales, scentia siue ioca  
Plautinos capiat lusus fandiq; potentem  
Quo nil facundo doctius ore nitet  
Qualem succincti redolent hec scripta libelli  
Scripta vel eximijs conceleberranda viris  
Scilicet urbani plura hec comedia moris  
Pertactat crebris confusa sensiculis  
Mollia furtive Teneris non dicta reponit  
Sed que vestalem non recitasse putet  
Commoda multa tenet: multo fucata lepore  
Pagina nec parui se didicisse putet.

**E**iisdem entecasyllabon  
**D**ollens eloquio lepore gaudet  
Incultus rudibus suis tenetur  
Et cum nil opus omnibus probari  
Solum hic auribus eruditiorum  
Et doctis placeat viris libellus  
Quo nil candidius politiusq;  
Ut si Pegasidum chorus sororum  
Romana cuperet loqui Minerva  
Isto non alio stylo vteretur  
Nunc tu qui latialibus Camenis  
Exposcis labri pollire limam  
Non cesses recitare vel legisse  
Nec istos imiteris improbatos  
Qui sic vilibus accubant amatis  
Scriptorum lepida orsa respuentes  
Quis nil est magis aut vafrum aut ineptum  
Vos vt Trinacrie lacus caueto

**De Codro Urceo a quo hec perfecta e comedia hoc elegans Vergilij Porti Mutis**

nenfis epitaphium notatur

**U**ir doctissimus vndecunq; Codrus  
Codrus Romuleę decus camœne  
Codrus eloquię decus Pelasgi  
Codrus arbiter veriusq; lingue  
Orator bonus, et bonus poeta  
Codrus archetypus facietiarum  
Codrus archetypus seueritatum,  
Codrus Felsineę dolor iuuentę  
Felix vnula et o lapis beate  
Tam charum caput in quibus quiescit  
Vir doctissimus ille Codrus, ille  
Vir doctissimus vndecunq; Codrus

**E**t hoc Philippi Bercaldi iunioris quo  
ita pro veteri amicitia in Codrū  
defunctum iocatus est.

**Q**uodre quid est infra: tenebrę, num scantis ad astra est?  
Nulla, quid est Pluto: fabula vana hominum  
Cerberus est ne istic Proserpina Teliphoneq;  
Non magis q̄ Pluto quamq; ager elisius  
Que natura anime: que corporis illa perinde  
Interit vt corpus, nec magis illa viget  
Proinde tibi indulge dum visis, dum licet vti  
Utere delicijs, omnia mors adimit